

firmiter conferat confessarius indulgentias
 quas sibi secundum suas bullas concedere po-
 test. ¶ 7. dictum. Quilibet sacerdos etiam si
 nondum suam primam celebravit Missam & etiam
 si nondum habeat auctoritatem audiendi con-
 fessiones ab eo. l. ab eis à quibus de iure. l.
 sm. Conc. Trid. l. sm. suas ordinationes eam
 debet habere & si sit regularis in absentia pro-
 prii sacerdotis quemlibet in mortis articulo
 à quolibet peccato etiam in cœna Domini re-
 servato & ab omnibus censuris absolvere po-
 test immo & debet. Et si quis sit excommunicatus
 & sic decedit cum signis penitentiae manifestis
 per quae non stetit quo minus reconciliaretur, post
 mortem absolvatur. Hæc Silu. absolutio. l.
 ibi. Absolutio in mortis articulo, & pro hoc
 allegat S. Tho. & immo idem Silu. confessor
 3. §. 6. Hoc intellige tan de infirmo potenti
 loqui quam de illo qui amisit loquellam se-
 cundum id quod dictum est. ¶ 8. dictum. Si
 infirmus in mortis articulo constitutus sic ab
 omnibus peccatis specialiter confessus est &
 absolutus, conualescat & euadat, non oportet
 quod si de aliquibus reservatis tunc fuit absolu-
 tus quod postea pro eorum absolutione vadat ad
 superiorem, nisi habeant annexam aliquam ex-
 com